

dis loquebatur Apostolus. Postremò, quando juxta A natura sua proprietatem esse Deum ac invisibilem & tunc mente cerni quando invisibilis creditur: quibus intelligi invisibilem? nisi aspectibus corporalibus, etiam celestibus, sicut supra de Angelis & potestantibus & dominationibus dixit. Unde alio loco evidentiùs dicit, non solum patris divinitatem, sed nec filij quidem & spiritus sancti, que una in Trinitate natura est, posse oculos carnis aspicere, sed oculos mentis. Ita Aug. pro Hier. de cujus mente non video qui possit remanere dubitatio. Nam & Epist. 3. c. 5. dicens Nepotianum esse cum Christo, addit eum quæ hic eminens rimabatur in terris, ibi videnter cominus dicere, Sicut audivimus, sic vidimus in cruce Domini virtutum.

Pro Isidoro. Ad tertium, cum Isidorus dicat humanam & Angelicam naturam non plene, nec in toto, vel integre divinam essentiam attingere, de comprehensiva visione est interpretandus. Nec obstat quod humanitati non sit, comprehensivè nota Trinitas, de qua tamen dicit: *Sola sibi integrè nota est Trinitas, & humanitati suscepta*: humanitatem enim posuit non pro natura, sed pro supposito humanitatem habente, unde addit, quæ est tertia in Trinitate persona, id est una ex tribus; non attendens ordinem originis, sed numeri. Quamquam, pro sola, soli, legendum potius est, ut notavimus 3. p. q. 10. ar. 1.

Quæ 4. loco profertur, similiter de comprehensione loquuntur. Hinc Basiliius, Ego, inquit, non solum homines sed & omnem rationalem naturam, vincit à comprehensione ipsius existimo; rationabilem autem naturam, creatam appellavi: nam filio soli notus est pater & spiritus sancto. Et iterum, Quid ergo præcipuum cognitionis Unigeniti aut S. spiritus relinquunt, si ipsi divinam substantiam penitus comprehendunt? Ita Basiliius, Ambrosius vero cap. 1. Lucæ, ideo Deum nemo vidit unquam quia eam que in Deo habitat plenitudinem divinitatis nemo conspexit, nemo mentis aut oculis comprehendit. Quid vero de Dei à beatis visione sentiant Ambr. & Basil. ipsos audite. In ipsa, inquit Ambrosius lib. 1. in cap. 1. Lucæ resurrectione non facile est Deum videre, nisi ijs qui corde sunt mundo: & ideo beati mundi corde, ipsi enim Deum videbunt, & postea, Si ergo ij qui mundo sunt corde Deum videbunt; atque alij non videbunt, & Basil. in præmio de vera fide; Illud, facie ad faciem, & ab omni parte circumlata, & perfectè cognitio, ea in futuro seculo promissa idoneis sunt. Quamdiu in hac vita sumus, licet Petrus sit aliquis, licet Paulus; cernit vere ille quidem quem cernit per speculum tamen, & per ænigma, & quod ex parte est in hac vita cum gratiarum actione suscipiens, quod perfectum est in futura se accipientium incredibili lætitiâ circumfusum confidit.

Ad ea quæ objiciebantur ex Epiphano, certa responso est, eum non negare quin Deus ab intellectu creato per gloriæ lumen supernaturale confortato videri possit, juxta scripturam ab eo allegatam, nec contrariè interpretatam, Angelis ipsorum vident faciem Patris mei qui est in celo: sed asserit Deum, cum sit infinitus & incomprehensibilis atque adeo naturæ humanæ invisibilis, à nullo unquam oculis corporalibus visum: ac nihilominus utramque istarum propositionum esse veram; Prophetæ & Apostoli Deum viderunt: &, Deum nemo vidit unquam: quia non viderunt Deum secundum quod est infinitus & incompre-

hensibilis, imò nec eum in quantum est, sicut in Ancorato loquitur; Viderunt tamen sicut poterant, & eis licebat, apparentem scilicet in specie & figura humana. Unde cum hæresi 70. dixisset; Viderunt sicut natura potuit ferre, & hoc secundum gratiam potentie &c. subiungit: Si igitur tales putarent Deum ita manus habere, aut oculos, aut aia, propterea quod sic visus est Prophetis & Apostolis, contentiosè feruntur ac redarguuntur à veritate. Et in Ancorato ad similitudinem illam qua per foramen quoddam videmus hominem, verum extensionem non scimus, addit; Sic etiam Propheta velut per foramen anguste sui corporis digni facti sunt videre, & veritatem viderunt; non ut intelligentia ac speculationis infinitas habet. Vbi etiam, sicut & in hæresi 70. objectionem sibi proponit, dicens; At ne rursus fabulas confingens dicas, Viderunt quidem Propheta, non oculo, sed mente intelligentes & quasi videntes. Propter hoc enim exactè dicit Esaias; Miser ego quia compunctus sum, quod quum homo sim, & immunda labra habenti, in populo immundo labra habenti habitem, & Dominum Sabaoth vidi. Et non dixit vidi mente, sed oculis meis. Vidit igitur, & non vidit. In veritate vidit sicut potuit; non vidit autem velut infinitas incomprehensibilitatis habet; sive ut hæresi 70. dicit, non velut infinitum vidit, sed velut natura comprehendere potuit potens effecta, ut quod impotens esset, ad potens se extendere.

Ad 5. Cyrillus Alexandrinus, sicut & alij qui- Pro Cydam veteres, affirmat Prophetas, quando clamant *ris. Ad se visum fuisse Dominum Sabaoth* & iptum quod *lexand. natura Dei substantialiter est, non vidisse, sed similitudinem gloriæ Domini. Cum adjungit: Suli solym. consubstantiali filio Pater visibilis est, & nulli præter eum alij, visionem perfectissimam intelligit quæ tantum quantum est cognoscibilis, videatur. Qualem visionem quod & Jerosolymitanus intelligat, ex decursu 6. Catechecos evidentiùsimum est: Si, inquit, ea que preparavit Deus, mente nostra comprehendere non possunt; nunquid ipsam qui preparat animo comprehendere poterimus? Sic & Nyssen. Pro nus est intelligendus: dicit enim, Divina natura superat omnem comprehendendi rationem atque solertiam. Quum ad advertitis gloriam ejus inexplacabilem, pulchritudinem ineffabilem esse, naturam comprehendere atque percipi non posse: ne prolabamini ad desperationem, quasi non possitis inveni quod desideratis. Promissionem vero illam Deum videbunt, ideo per habere interpretatur, quia Deus non videtur à beatis nisi modo ineffabilis presens habeatur, nec habetur, nisi videatur. Omnia, inquit habet in eo quem videt.*

Theodoretici verba cæteris aliquantò sunt diffi- Pro ciliora: Quia tamen de Angelis dicit; Non vident Theod. divinam substantiam quæ nec circumscribi, nec comprehendi, nec mente percipi potest, & quæ universa comprehendit, sed quandam gloriæ quæ carum viribus respondeat, sitque eis commoderata, non malè quis objicienti responderit eum negare visionem comprehensivam, concedere tamen, eam quæ sit proportionata videntibus.

Ecce coram vobis, sanctorum patrum causam agitavimus, eorum cum actoris argumentis testimonia contulimus: estne tam evidens quod erraverint, ut eorum verba nullam patiantur interpretationem? Imò, nonne fatis evidens est quod ad Catholicæ veritatem doctrinæ possint recipi;